

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Ira d
cum uariis

Lites aut nullas habeatis aut quam celerrime finiatis, ne ira crescat in odium et trabem faciat de festuca et animam faciat homicidam. Sicut enim legitis: qui fratrem suum odit, homicida est. Quicumque conuicio uel maledicto uel eciā criminis obiectu aliquem leserit, meminerit satisfactione quam cicius curare quod fecit, et ille qui Iesus est sine decepcione dimittere. Si autem se inuicem leserint, inuicem sibi debita relaxare debebunt propter oraciones nostras quas utique quanto crebriores habetis, tanto saniiores habere debetis.

Augustinus de uita et regula clericorum.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

ira *om.* P V¹ V² L¹ L²; sicut enim legitis] sic enim legitur P V¹ V² L¹ L²; legitis] legitistis C; quam] quod C; nostras] uestras P V¹ V² L¹ L²; saniores] sanctiores P V¹ V² L¹ L²; de uita et regula clericorum *om.* P V¹ V² L¹ L²